

Epreuve écrite

Examen de fin d'études secondaires 2015

Section: A, B, C, D, E, F, G

Branche: Latin

Numéro d'ordre du candidat _____

TEXTE CONNU (30 points)

Est igitur prudentis sustinere ut currum sic impetum benevolentiae, quo utamur quasi equis temptatis sic amicitia ex aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Quidam saepe in parva pecunia perspicuntur quam sint leves; quidam autem, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. Sin vero erunt aliqui reperti, qui pecuniam praeferre amicitiae sordidum existiment, ubi eos inveniemus qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes amicitiae non anteponant, ut, cum ex altera parte proposita haec sint, ex altera jus amicitiae, non multo illa malint? Imbecilla enim est natura ad contemnendam potentiam; quam etiamsi neglecta amicitia consecuti sint, obscuratum iri arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia.

Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis qui in honoribus reque publica versantur.

Cicéron, *De l'amitié*, 63-64 (117 mots)

TEXTE INCONNU (30 points)

On n'est jamais trop vieux pour apprendre

Inimicitias mihi denuntias¹ si quicquam ex iis quae cotidie facio ignoraveris. Vide quam simpliciter² tecum vivam: hoc quoque tibi committam. Philosophum audio et quidem quintum jam diem habeo³ ex quo in scholam[°] eo et ab octava⁴ disputantem audio.

'Bona' inquis 'aetate'⁵.'

Quidni⁶ bona? Quid autem stultius est quam, quia diu non didiceris, non discere?

'Quid ergo? Idem faciam quod trossuli⁷ et juvenes?'

Bene mecum agitur⁸ si hoc unum senectutem⁹ meam dedecet: omnis aetatis homines haec schola admittit[°].

'In hoc senescamus¹⁰, ut juvenes sequamur?'

In theatrum[°] senex ibo et in circum[°] deferar [...]: ad philosophum ire erubescam¹¹? Tamdiu discendum est quamdiu nescias; si proverbio[°] credimus, quamdiu vivas. [...] Ego tamen illic aliquid et doceo. Quaeris quid doceam? Etiam seni esse discendum.

Sénèque, *Lettres à Lucilius*, 76, 1-3 (118 mots)

Vocabulaire :

1 alicui inimicitias denuntiare: se déclarer l'ennemi de qqn, déclarer à qqn que tout est fini

2 simpliciter: avec franchise

3 quintum jam diem habeo: c'est déjà la cinquième journée

4 ab octava (hora)

5 bona aetate (es ad discendum): *ironique*

6 Quidni...? : pourquoi ne pas...?

7 trossuli, orum, m pl: les petits maîtres

8 Bene mecum agitur: j'ai de la chance

9 senectus, utis, f: la vieillesse

10 senesco, is, ere, senui: vieillir

11 erubesco, is, ere, bui: rougir